UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartoli Consilia, Quæstiones, & Tractatus

Bartolus

Lugduni, 1567

Tractatus de Judice suspecto recusando domini Baroli, alias est consilium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96124

Visual Library

de ſicut poſt illud tempus pronunciare non poteſt, ita nec poſt iſtud, ſicut cum accidit quod tempus, ⁊ quicquid loco alterius ſubrogatur, eodē iure vtitur quo vtebatur illud, in cuius locū ſubrogatur. vt C. d̄ tēp. appel. l. ſi. ⁊ ff. de iudic. l. mortuo iudice. ⁊ C. de cōpenſa. l. ij. ⁊ ff de ſeruo corrup. l. hec actio cū l. ſeq. ⁊ ff. ad leg. Iul. pec. l. iij. Preterea, cum lex concedit intra menſem terminari, videtur de maiori tempore prohibere, vt ff. de legib. l. cuʒ lex. hoc idem facit iudex, C. de infa. l. ⁊ ſi ſeuerior. ff. de poſtu. l. Imperator. Idem facit pactio contrahentium, vt ff. de diſtrac. pign. l. ſi creditor. §. illud. ⁊ ff. p ſoc. l. ſi fratres. §. ſi quis ſocietatē. ⁊ hoc video i arbitratore, vt C. de arb. l. j. verſ. ſʒ ſi vltra. ff. de edil. edic. l. q̄ ſi nolit. in fin. Ecōtra videtur, ꝙ d. l. properādū. duo dicat. Primum. ſ. q̄ intra terminū cauſa finiatur, hoc tēpus per ſtatutum eſt abbreuiatum. Secundo, q̄ inſtantia cauſe pereat elapſo triēnio, ſed de hoc lex municipalis nihil dicit. Tertio ſtabitur iuri communi quantum ad periclitationē inſtantie, quia in caſu nō eſt correcta, arg. C. de appel. l. precipimus. in fi. ⁊ in auth. de armis. §. fi. C. de edifi. priu. l. fi. q̄ enim non mutatur, ⁊c. C. de teſtā. l. ſancimus. ⁊ C. de impo. luc. deſcr. lib. x. l. j. ⁊ xxvij. q. ij. c. lex diuine cōſtitutionis. nam ſi fiat vna offenſio parti que voluerit ſuum negotium expedire, non debet in alio offendi ſcilicet quod cauſa inſtantie pereat, quia non debet duplici dāno affligi, vt ff. naut. cau. ſtab. l. licet. §. fi. ⁊ ne quid in loco publi. l. j. ⁊ C. de naui. l. j. lib. xj. Male enim facit iudex, qui intra terminū nō facit, ſed hoc malum duplicaretur, ſi hoc nullo tempore faceret, arg. ff. de arb. l. Celſus. Video enim q̄ melius eſt moram purgare. ⁊ poſt terminum facere q̄ in termino facere debuit, quam addere moram more ⁊ non facere intra terminum vt ff. de verb. oblig. l. cōtinuus. §. itē ſi nō inchoaṫ opus. ⁊ ff. ſi quis cau. l. ⁊ ſi poſt tres. Mihi enim videtur quod inſtātia non pereat, vt videtur lex expreſſa. C. vt tam ciui. quam crimi. l. j. i fi. ⁊ ar. ff. de leg. j. l. res obligata, in fi. ⁊ pro ⁊ contra notari videtur. C. ad leg. Falc. auth. ſed cum teſtator in fi. Vel poſſumus diſtinguere aut tēpus elapſuʒ eſt dolo vel negligentia litigantis, ⁊ tunc doloſus vel negligēs imputet ſibi: aut opera iudicis vel impotētia facti, quo caſu nō debet obeſſe partibus. ar. ff. de colla. bo. l. j. §. fi. ⁊ in authē. vt ſpō. larg. §. illud. ⁊ extra de reſcrip. c. ex literis. ⁊ C. de tempo. in inte. reſt. l. pe. tamen puto meliorem ſententiam Barti. Phan. tamē Lipobus de Cremona dicit, quod pro prima parte facit, q̄ iudex videtur datus a lege ad tēpus, in illis cauſis, quaſi ſtatutuʒ mandat terminari intra menſem. Nam poſt ipſius temporis lapſum iudicare non poteſt. ff. de iud. l. ij. §. ſed ſi iudex ad tēpus. ⁊ C. quando prouoc. non eſt neceſſ. l. cum nō eo die. poſt quaſi in illa cauſa priuatus, ⁊ ſic iuriſdictionem nō habet. ff. de iur. omn. iudi. l. eum qui. §. j. Preterea poſt fatalia iudex appellationis iudicare non poteſt. vt C. de appella. l. eos. ⁊ ſic ⁊ in propoſito iudex poſt illud tēpus iudicare non poteſt. Preterea, vbi lex mandat cauſam finiri minori tempore quaʒ triennio, puta anno, per illud anni elapſum expirat inſtantia, ſicut per elapſum triennij, vt C. de naui. l. j. lib. vj. ſic etiam ⁊ eadem ratio eſſet in iſto tempore vnius menſis, ergo poſt iudicare non poterit: quia vltra non durat. Facit ad hoc. C. quomod. ⁊ quādo iudex, authē. qui ſemel. ⁊ ff. de excuſ. tut. l. quinquaginta. ⁊ C. de aſſer. tol. l. j. §. ſciētes, ꝙ ſi poſt. Pro ſecunda parte facit, quia per dictum ſtatutum pena imponitur iudici cauſam intra menſem non terminanti. Unde lex videtur eſſe cōtenta executione pene, ſi autem vltra tēpus predictum pronunciet, tenebit ſententia. nam quādo lex aliquid mandat ⁊ prohibet, ⁊ non ſtat in finibus ſuis ſed vltra procedit ad pene impoſitionem: quod tamen fit valet: ſed pena debetur, vt no. C. de legib. l. non dubiū. Simile videtur in eo, qui tenetur ex promiſſione aliquid facere, ⁊ apponitur ei pena ſi contra fiat, quod ſola pena debetur, niſi ſit dictum, rato manente pacto, ⁊c. vt not. ff. de tranſact. l. qui fidem. Preterea video quod iudex appellationis poſt tempora ad agendum data condemnat appellantem in expenſis, vt extra de reſcrip. c. ex parte. Et ad hoc facit. ff. de pac. l. tale pactū. §. qui prouocauit. ff. de iudic. vbi iudex appellationis etiam poſt renunciationem appellationis remanet iudex. dicitur enim ibi, iudex appellatiōis nullo alio de principali cauſa diſcuſſo, iuſtam conuentionem, veluti confeſſi, ſequetur. Sequitur ergo quod remanſerat iudex, ſic videtur in eo qui poſt temporis reſtitutionem per ſententiam reſtituitur. Nā tum ſententia licet contra ius litigatoris data videatur, vt not. C. de tempo. in integ. reſtit. l. ſuperuacuā. tamē in propoſito, poſt tempora ſtatuta poſſet iudex per ſententiam terminare. Mihi autem videtur, quod quādo queritur an per lapſum temporis pereat inſtantia cauſe, poſſit diſtingui, quia tempus diffiniēdi cauſam imponitur per legem ciuilem, aut municipalem iudici tantum, aut cauſe, aut parti, aut iudici ⁊ cauſe: ſi imponitur iudici tātum, ſiue adijciatur ei pena, ſiue non, inſtantia cauſe non perit per terminum lapſum. ſic loquitur C. vt tam ciui quam crimi. l. j. in fin. vbi enim tempus datur iudici xxx. dierum, intra quod terminet cauſam, ⁊ eidem pena imponitur, vltra id tempus tamen poteſt terminare. ſimili modo ſi tempus iudici imponitur, ⁊ non pena, vt C. de edific. priua. l. fin. ſic ⁊ in caſu noſtro per legem municipalem iudici imponitur tempus ⁊ nō cauſe: ⁊ ideo videtur mihi dicendum quod per lapſum illius temporis, inſtantia nō pereat. Si autem tempus imponitur tantum cauſe, tūc expirat inſtantia per lapſum temporis, vltra enim illud inſtantia cauſe viuere non poteſt. dicitur enim illud tempus factum, id eſt, finis vt C. de temp. appel. l. temporum fataliū ⁊ C. de aduo. diuer. iu. l. aduocati. ⁊ de iſto tēpore dato ⁊ impoſito cauſe loquitur. C. ad leg. Falcid. auth. ſed cum teſtator, ibi enim in fin. dicitur, nulla talium queſtionuʒ excedat annum. ⁊c. ſic loquitur etiam authē. vt cle. apud propr. epiſcopos. §. ſi tamē. ⁊ in auth. qui ſemel. C. quō. ⁊ quand. iudex. ⁊ Cy. de temp. appell. auth. ei qui appellat ⁊ l. fi. §. illud. ⁊ idem eſt in omnibus, in quibus ſtatuuntur tēpora parti ad ſuam cauſam diffiniēdam vt C. de dolo. l. fi. ⁊ ff. ne de ſtatu defunct. l. ij. § fin. ⁊ C. de temp. in integr. reſtit. l. fin. Si autem imponitur tempus iudici ⁊ cauſe indubitāter finitur inſtantia per lapſum temporis, ſic loquitur proprie dicta lex, properanduʒ. ⁊ C. vt intra certum tempus criminal. queſt. l. fin. ⁊ C. de naucul. l. de ſubmerſis. libr. xj. ⁊ ad predictam diſt. reducatis omnes leges de hac materia tractantes. Amen.

ADDITIO.

a Th. Dip. ¶ Tractatus de peremptione inſtantie. Adde quod iſtum tracta. inueni in vigeſimo. libr. conſi. diuerſo. doctoruʒ, vbi dicitur, tractatum de peremptione inſtantie, compilatum per Barto. a Saxoferrato, legum doct. ſuper l. properandum. C. de iudi. Et de materia, vide an ſtatuta que limitant inſtantiam cauſarum vſque ad duos vel tres menſes, an talis inſtātia, ſtatuto limitata poſſet prorogari vſque ad tempus iuris communis, vide Ioan. And. in addi. Specu. in titulo de appel. §. nunc breuiter. ver. illud autem. Ioan. de Imo. ⁊ Mod. in l. iiij. in princip. ff. de dam. infec. Sal. Alexand. ⁊ dominum Iaſon. in l. properādum. in princip. C. de iudic. ⁊ Alexand. in conſilio xxiij. in quarto volum. inſpecto proceſſu cauſe inter dom. Iacob.

Tractatus de Iudice ſuſpecto [a] recuſando domini Bartoli, alias eſt conſilium.

QUia ſub ſuſpecto iudice eſt periculoſuʒ litigare, ideo vidēdū eſt in quibus caſibus iudices recuſari poſſunt. Primo ſi ſit aduocatus in eadem cauſa: vel ſi ſit conſanguineus impetrantis, vt extra de appel. ca. poſtremo. Iteʒ ſi iudex eſt vaſallus impetrantis, argumen. xxij. q. v. c. de forma fidelitatis extra vt lit. non conteſt. c. accedēs. Iteʒ ſi impetrans eſt familiaris illius, qui eſt familiaris eius, ad quem literas impetrauit, vt in capit. inſinuante. Rectore. extra de officio deleg. Item ſi impetrans eſt affinis iudici. ff. de iure iu. l. lex Cornelia. in princ. ⁊ extra de eta. ⁊ qual. c. tua. Et idē videtur ſi impetrans eſt multum amicus iudicis, ⁊ extra de ſimo. c. nobis. Item ſi, iudex receperat iniuriam ab impetrante, quibus eſſet veriſimile quod eius animus poſſet remouere, extra de ſimo. c. ſi quidem Item, ſi iudex eſt ſuffraganeus impetrantis, vt extra, vt lite non conteſta. c. accedens. Et ratio, quoniam ſuffraganeus poteſt recuſari, quia ſubditus impetrantis. Pari ratione poſſet recuſari quilibet ſubditus abbatis, ſi abbas in iudicem impetrat, ⁊ idem dico generaliter vbicunque prelatus impetrat in iudicem ſuum vel quilibet dominus ſubditum ſuum. Item, ſi iudex eſt conſanguineus illius qui eſt inimicus impetrantis, ⁊ dico inimicū, qui violenter deiecit eum de poſſeſſione ſua, vt in d. c. accedens ⁊ in c. item cū quis dicit ſe de poſſeſſione. de reſti. ſpo. Idem dico generaliter, vbicunque iudex eſt inimicus impetrantis, extra de appe. c. ſecūdo requiris, ⁊ dico generaliter inimicos qui in ſecreto ⁊ in publico interrogati dicunt, quod ſunt inimici illius contra quē ſunt litere impetrate, vel quod non diligunt eum, extra de accu. c. inquiſitionis. vel ſi dicunt, quod libenter nocerent ei contra quē ſunt litere impetrate vt extra de offi. deleg. c. cū ſuper abbatia. alijs modis poterit cōſtare tam de facti offenſiōe quā expreſſione ſtatuti alicuius. Itē, ſi iudices habent cauſaʒ cōtra illū, cōtra quem

quẽ ſunt litere impetrate, vt notatur ſuper d. decretali, ſcũ ſuper abbatia. Itẽ ſi aliquis appellauit a iudice ordinario vel delegato, ſi pendente appellatione conueniatur corã alio, ſuper re ſuper qua non appellauit, poteſt iudicem tanquam ſuſpectũ recuſare, vt extra de appella. c. ad hec ⁊ c. prout. de dol. qđ credo verum, vt ſciatis quid ſit officium iudicis appellationis, qualiter debet pronunciare, diſtinguendum vtrum appellatur ante ſententiam diffinitiuam, vel poſt, ſi ante diffinitiuam ad hoc vt appellatio valeat, oportet ꝙ appellans aſſignauerit iuſtã cauſaʒ, ⁊ rationabilem, ⁊ iudex noluit eam accipere. ⁊ quod propter illam cauſam appellauit, alio modo non valet appellatio, vt extra de appel. c. dilecto. ⁊ iudices appellationis debent eam remittere ad iudicem a quo, ⁊ debet eum in expenſis condemnare. Barto.

ADDITIO

a Th. Dip. ¶ Tract. de iudice ſuſpecto. Adde, quod iſtum tract. inueni attributum Bartol. in ij. volum. conſilio diuer. do. in fol. ccxl, ⁊ materiam vide plene per Iaſ. in l. apertiſſimi. C. de iudic. ⁊ Mod. in capitul. cum ſpeciali. de appellat. Quid autẽ ſi iudex ſuſpectus non recuſatur, ⁊ procedit, an valeat ſentẽtia, ita quod non ſit nulla, vide Mod. in l. ij. ff. de iu. om. iudic. ⁊ plene per Philip. Dec. in c. ſuper literis. de reſcri. ⁊ in cap. cauſam que inter. de offic. deleg. ⁊ vide Petr. de Anch. in cõſilio cclxj. in c. ſubtiliter, ⁊ ad plenum. ⁊ Alexand. in cõſilio ciiij in v. volum. incip. circa primum quod procedunt predicta, quando allegatur ſuſpectus notarius, procurator, ⁊ ſimiles. Item adde, ſuſpectio ſuperueniens poſt concluſum poteſt opponi, vt per Ioan. And. in c. cum dilectus. de ord. cog ⁊ plene per Felyn. in c. inſinuante, de offi. deleg. ⁊ Car. Alex. in c. cũ ſpeciali. in xj. col. de appel. Cetera vide in d. l. apertiſſimi. ⁊ ita addi. meas ad domi. Iac.

Tractatus Domini Alberti de Ramponibus, de conſilijs habendis per officiales, ⁊ aſſeſſores, cum additionibus ⁊ ſuppletionibus domini Bartoli a Saxoferrato.

a Circa practicam a conſiliorum habendorum per officiales. ⁊ aſſeſſores, quoniam ſepe de facto, queſtiones oriuntur, ita teneatis. Et primo videndum eſt, quo ordine per aſſeſſores procedẽdum ſit ad conſilium habendum. Secundo, an de iure aſſeſſor inuitus cogatur ad habẽdum conſilium. Tertio, an ille qui eligitur in conſiliarium, inuitus cogatur accipere. Quarto, ſi recipit, an cogatur iurare quod bonũ dabit, ⁊ feret conſilium. Quinto, ſi electus dicat ſe dubitare de iure, an debeat ſibi dari conſocius. Sexto, an poſtquam cõſiliarius dedit conſilium, poſſit illud mutare, corrigere, vel emendare, vel declarare. Septimo, an iudex vel aſſeſſor cogatur conſilio eius ſtare, vel illud ſequi. Octauo, an electus cõſiliarius poſſit recuſari. Nono, qualiter recepto conſilio debet pronunciari. Decimo, qui tantum debeat ſoluere ſalarium conſultori. ¶ Super primo ſic breuiter dicendum, quod ſuper forma habendi conſilij, quaſi vbique ſunt ſtatuta, ⁊ conſuetudines, prout ea inuenietis, ſeruate. Si autem ſtatuta vel conſuetudines non ſunt, ſi quidem ex ſeipſo velit cauſam committere, procedet tali forma officialis, vel aſſeſſor, intendo habere conſilium ſapientis ſuper tali queſtione, vnde ſtatuo vobis terminum vſque ad talem diem ad dandum ſuſpectos, ⁊ faciet ſcribi terminum, ⁊ ipſo termino elapſo ſi partes ſuſpectos dederint, vel altera ipſarum vel nulla, committet iudex queſtionem eis qui ſunt extra numerum ſuſpectorum, quoniam graue eſt ſub ſuſpecto iudice litigare. C. de iudi. l. apertiſſimi. ⁊ auth. ſi vero contigerit. ibi poſita. Unum tamen ſcias, quod ſi pars vel altera ipſaruʒ omnes vicinos daret ſuſpectos iudex taxare debet numerum ſuſpectorum, pro cauſe qualitate, ⁊ loco, vbi conſilium datur, arg. ff. de teſtib. l. j. cũ ſimil. Tu autem iudex ſuſpectos tibi ſerua, vt ſi diceret aliqua partiũ, ꝙ dediſti cõſultorẽ de numero ſuſpectorũ, recurras ad originalem ſcripturã, ⁊ dabis vnum conſiliarium, vel plures, prout partes concordabunt, vel cauſe qualitas requiret. In quibuſdã autem partibus dantur cõfidentes. ⁊ hoc eſt ſatis bonuʒ, quo vel quibus cõſultoribus electis, ſcribatur in actis cõmiſſio ⁊ articulus queſtionis, vt extra de ꝓbatio. cap. qm̃ cõtra falſaʒ. Si vero volueris cõſiliũ tibi exhiberi, vt quia perpendis iudicẽ de medio contra te eſſe vel potius inclinare, ita procedes, q̃ venies coram iudice dicens. Dubium non eſt, domine iudex, quod omnia que recto conſilio aguntur, merito firmitatem ⁊ effectum cõſequuntur, vt C. de repud. l. dubiũ nõ eſt. in prin. imitando ergo conſilium d. legis, ⁊ prouerbij, vbi dicitur. omnia facta cũ cõſilio, ⁊ poſt factũ nõ penitebit. placeat vobis ſuper hac cauſa dubia, ſapientis habere conſilium: querebat enim Imperator conſiliũ ſapientis, ⁊ ſequebatur illud, vt ff. de fund. inſtruc. l. queſitum. in prin. ⁊ l. ſi edibus. ff. de dam. infec. Et etiam teſtator in diſponẽdo conſilium habet. ff. de vulg. ⁊ pupil. l. cuʒ ex filio. in princ. ibi, ex conſilio Labeonis, Offilij, Caſcelij, Trebatij, eumquẽ in poteſtate habebat, ſoluʒ heredẽ fecit, ⁊c. Et illud. quod a pluribus queritur, facilius inuenitur, iuxta ſentẽtiã Auguſti. xx. diſt. can. de quibus. l. ſi auiã. in ſi. C. de ingen. manu. ⁊ extra, de off. deleg. c. prudentiam tuam. hec ⁊ alia dicas, vt aſſeſſoris animum trahas ad conſilium habendũ. ¶ Secũdo quero an iudex medius inuitus cogatur habere cõſiliũ: Et videtur quod ſic. Nam Imperator dicit omnia ſe facturum cum conſilio procerum ſuorum. C. de legib. ⁊ conſtitutionib. l. humanum. ⁊ etiam videtur lex velle conſilium haberi, vt ff. de donationib. l. Aquilius Regulus. ⁊ C. de repud. d. l. nõ dubium. ⁊. C. de iur. delib. l. fina. ⁊ optime dicit conſilium habendum text. ff. de bonorum poſſeſſionib. in l. in bonorum poſſeſſionibus. ⁊ C. de ingenu. manu. dicta l. ſi auiam. Econtra quod nõ teneatur habere. Omnis enim iudex preſtat iuramentum, ſe iudicaturum ſecundum legem, in authentico de iureiurãdo, quod preſtat. ab his. §. deuotos. ibi, ſupplicium ſecũdum legẽ, ⁊c. ⁊ in auſ. de defen. ciuit. §. iuſiurãdũ. ⁊ auſ. de iudicibus. §. omnis autẽ iudex. Item, q̃ conſiliũ non eſt obligatoriuʒ. ff. mand. l. ij. in ſi. ff. mãd. Sol. dic ꝙ ſi iudex vult poteſt conſiliuʒ habere, per iura ſuperius alleg. ſm cõmunem opinionem. Sed dominus Ubertus de Bobio dicit, quod ſi aſſeſſor eſt bene peritus in iure non tenet: alias autẽ ſi non eſt, vel eſt iuuenis, tenetur de iure, ⁊ bona conſuetudine. Iudex vero non medius credo quod melius fecerit pro exoneratione ſui, niſi euidenter videat malitiam ⁊ fruſtrationem, quia boni pretoris eſt lites diminuere. ff. ſi cer. pet. l. quidam. cum ſi. ⁊ nemo tam audax. inuenitur qui poſſit inuito iudice litem protelare, ⁊c. vt l. properandũ. C. de iudi. Tertio quero, ſi autem iudex medius cõſultorẽ dederit. ⁊ elegerit, an electus ſuſcipere cogetur inuitus: Et dicendum eſt, qđ ſic, quoniam iudicare, publicũ munus eſt, quod in inuitum confertur, vt ff. de mune. ⁊ hono. l. munerũ. §. iudicãdi. ⁊ l. pen. §. qui autem. ff. de vac. mu. ⁊ ff. de iudi. l. cum furioſus. ⁊ C. de aduoc. diuer. iudi. l. ſancimus. j. que iura quamuis loquantur in iudicibus delegatis, tamen idem dicit lex in cõſultoribus aſſumptis, vt C. de proxi. ſacror. ſcrinior. l. in ſacris. j. ⁊ ibi no. hoc eſt verum, ſi ille qui eligitur in conſiliarium. eſt ſubditus iuriſdictioni eligentis, vt not. C. qui pro ſua iuriſdictio. l. j. ⁊ etiaʒ ſint vera omnia predicta, niſi illi quibus datur conſilium, vel aliqui ipſorum, ſint ipſi conſiliario ſanguinis affinitate adſtricti: ⁊ ideo nolit cõtra eos conſilium exhibere, vt C. de excuſ. tut. l. humanitatis. ⁊ l. qui iuriſdictioni preeſt. ff. de iur. om. iud. ff. de iniu. l. lex Cornelia. in prin. cum ſimilib. Quarto, poſtquam cõſultor officium conſulendi recepit, an cogatur iurare quod iuſtum ⁊ rectum conſilium dabit: Uidetur quod ſic. ad ſimilitudinem teſtis, cui nihil creditur ſine ſacramento. C. de teſtib. l. iuriſiurandi. ⁊ ad ſimilitudinem iudicis. C. de iudi. l. rem non nouam. ⁊ in authẽ ibi poſita, ⁊ prealleg. §. deuotos. ⁊ in authent. iuſiurandum quod preſtatur ab his ⁊c. ⁊ §. iuſiurandum. in auth. de defen. ciuita. ⁊ in authẽ. de iud. §. omnis autẽ iudex. videtur quod cogatur iurare ex predictis. Econtra, quod non. Primo, quia nulla lege, vel cõſuetudine cauetur, argu. C. de colla. l. illaʒ. circa med. ⁊ ideo video quod eſt eius qui datus eſt arbitrio non iurare. nec iurare cogitur. C. de arbit. authen. decernitius. Sol. Dic, quod ſi conſiliarius eſt clericus, nõ iurat eo, quod clerici nõ iurãt, niſi cauſa neceſſitatis. C. de epiſ. ⁊ cleri. l. cum clericis. ⁊ ibi de hoc. Si auteʒ eſt laicus ⁊ in officio conſtitutus ⁊ ſic iurat in principio anni, nõ cogitur iurare nunc: quia ratione primi ſacramenti non preſumitur immemor ſalutis eterne. C. ad leg. Iul repe. l. ſi. ⁊ ne crebra fiat preſtatio iuramenti. C. de iureiurand. propter calum. dando. authenti. hoc ſacramentum. ⁊ C. de cur. furio. l. penulti. cum ſi. Si autem nõ iurauit, ⁊ in principio anni erat in aliquo officio conſtitutus, tunc relinquitur arbitrio iudicantis, vt reſpiciat qualitatem cauſe ⁊ conditionem perſone conſultoris, vt ſic procedat ad tollendum iuramentum vel non tollendum. ¶ Quinto quid ſi conſultor recepit officium conſulendi in aliqua queſtione ſiue puncto, iudex vult quod conſulat, conſultor dicit ſe dubitare de queſtione, ⁊ ſibi nõ liquere de iure vñ petit ſibi dari conſociũ vel ſocios alias denegat ſe velle dare cõſiliũ, nũquid debeat ſibi dari: Et videtur ꝙ ſic, q̃ iuſte deliberationes nõ ſunt denegãde ſeu auferẽde alicui